1167

Eodem anno et eadem expeditione instante Augusto, cum esset estus intolerabilis, nebulosa et pestilens aura, multi de primoribus regni obierunt[1], inter quos Renoldus Coloniensis archiepiscopus, Daniel ~~R~~ Pragensis episcopus ibidem mortui sunt.[2] Cuius carnes ibi recondite, set ossa sunt Pragam delata. (Obierunt Fridericus etiam, filius Cunradi regis, et Theobaldus, frater Wladizlai regis[3], et multi alii ibi mortui sunt. Qui Theobaldus moriens reliquit post se magne indolis puerum nomine Theobaldum, patrem istorum, qui nunc sunt Dipoltici. Quem nos in parte sua postea vidimus principantem.[4]) Qui Daniel episcopus quante fuerit sapientie et eloquentie quamque utilis ecclesie Dei et acceptus in curia imperatoris, ad enarrandum manet difficile, cuius memoria in benedictione est non solum apud eos, qui eum viderunt, set etiam apud eos, quicumque de eo audierunt. Hic inter

Eccli. 45, 1

colonien sis P

Von folgendem von und. Hand am Rand nachgetragen, mit Anverweisungszeichen nach Pragensis episcopus, obierunt) von dritter Hand ergänzt. P

Von fine an bis principantem von dritter Hand am Rand, die ersten obierunt fehlen P

1) V. Pertz II, 86 ff.

2) Reinald starb am 14. August, Daniel am 9. (1. s. V. 103)

3) Friedrich am 14., Theobald am 15. August.

4) Er starb 1190 (Annal. Boh. in Font. rer. Boh. II, 281), und hinterließ drei Söhne: Theobald III., Robislaus u. Holislaus. Vgl. H. Kohn, die böhmischen Theobalde, Mitt. d. V. f. Gesch. d. Deutschen in Böhmen 6, 185 ff, 193 ff, 212 ff.